

/ Illustris et R/de Domine, Cognovi ex literis D.V. non perve-  
nisse ad manus vestras dispensationem illam ampliorem, cujus ego men-  
tionem feceram in literis meis. Idcirco curavi fieri duplicatum, id  
est duplicatas literas sacrae congregationis S/ti Officii ad R/mum  
5 D.Nuncium Apostolicum, qui Coloniae degit. Ergo D.V. adeat praedic-  
tum D.Nuncium cum literis hic inclusis, atque ab eo accipiet dis-  
pensationem illam majorem, quam cupiebat. His cupio D.V. bene vale-  
re, atque in vinea Domini strenue laborare, et mei quoque meminisse  
in sanctis precibus suis. Datum Romae, die 12 februarii 1614.

10 Ill/ris et R/dae D.V.

Uti frater addictissimus

Robertus Card/lis Bellarminus.

D.Joannes à Luneburg.

(adresse) Ill/ti et R/do Domino, D.Joanni à Luneburg, amico charis-  
15 simo.

---

Arch.Vatic. Mss.Gesuit. 18 fol.136. Brouillon autogr.